

quis cautus esse debet, ut tam Bullam, quam signaturam conspiciat, & ex illis veritatem elicere poterit, &c.

33 Et cum prædicta regula ꝛ Cancellaria 26. de non iudicando iuxta supplicationem, patitur istam limitationem, cum regula loquatur, ꝛ & habeat locum in Curia, & extra Curiam, ꝛ probat eadem regula, ibi, in Romana Curia, & extra eam, & notat expressè omnes glossatores citati, & alij, idèd limitatio, quæ regulam sequitur, locum omnino obtinebit in Curia, & extra curiam in partibus, vbi continetur, & necessarium sit scire de qualitate & forma signaturæ, ꝛ vij. etiam expressè annotavit Quintilianus Mandosius loco proxime citato, ibi: Ad D.D. Rota vel alios iudices competentes spectant, &c. Quod expressè probat post alios per eam citatos Ioannes à Cochier in regul. Cancellariae 25. alias 26. de non iudicando iuxta formam signaturæ, &c. num. 40. in hæc: Aduertant Tyrone praxeos, si Bullæ fuerint malè formata, ut puta contra consuetas formas Cancellariae, vel quando non sunt conceptæ iuxta signaturam, eas remittit etiam de partibus solere ad Cancellariam, ut corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiat, nisi productio signaturæ sumpto, ut ex eo videatur, an saltem in subtilianilibus discrepent, siquæ Iudex vel officialis videant an Bullæ reformari debeant, nec in hoc opus erit partis citatione ex opinione Rebuffi, in praxi, titul. de reformatione, & correctione. Bullæ, num. 8. Flaminius Parisius de resignat. benefic. lib. 8. quest. 7. num. 190. & sequentibus, &c. Vbi ponit praxim correctionis huiusmodi, & annota, quod ille author citat Flaminium in num. 190. cum sit in num. 180. cum sequentibus.

Hinc Mascardus in tractatu de probationibus, conclus. 1309. verbo, Signaturam, à principio, latè probat plurimis citatis; quod signata supplicatio non probat nisi litteris expeditis ex regula Cancellariae, hanc tamen conclusionem mirabiliter ipse limitat post alios, num. 18. in hæc: Tertio limita, ut procedat quoad conscientiam Bullam de ea, ꝛ nam hoc casu creditur signatura, ita Rebuffus vbi supra in praxi in 3. parte signaturæ, versiculo, Datum apud, &c. num. 9. Vbi subiungit, quod Rome ꝛ abbreviator solet signaturam ad verbum describere in vno libro, & si de ea dubitetur ad illum librum recurritur tanquam ad Prototypum, ut firmat Anton. de Butrio in dict. consil. 2. vbi litteris, col. 1. per cap. cum P. Tabellio, & cap. fide de probationibus, quo in loco etiam ait, quod quando apparet, ꝛ quod aliter est sumpta minuta per Vicecancellarium magis strictè, vel largè, quam fuerat à Papa concessa, recurrendum est ad originale, nam non est in potestate Vicecancellarij litteras scribendo, restringere, vel dilatare gratiam à Papa concessam in referuatis Papa, & non concessibilibus per Vicecancellarium, &c. Hactenus Mascardus.

Et in num. 19. post Rebuffum hanc discursum prosequitur ipse Mascardus adducens eam eum multum conducibilem nostro recursum, & proposito, quo versamur in hæc: Et idèd Rebuffus vbi supra tenet, ꝛ quod magis statim signatura quoad contenta in ea, & referuata Papa, non autem concessibilia à Vicecancellario, quam Bulla, quæ ex Cancellaria sumitur, & ita fuisse indicatum in Senatu Parisiensi, asserit, pro quadam si-

gnatura contra Bullam, nam in signatura erat concessio beneficij, prouisio, quod non esset de collatione Episcopi Pissaniensis, & expedita erat Bulla sine illa clausula, vel ꝛ conditione, sed pro-

ducta fuit signatura continens illam clausulam conditionalem, prouisio, quod non esset, &c. Et probatum beneficium esse de collatione Episcopi Pissaniensis, & fuit resolutum pro signatura, quod non valeret collatio, licet in Bullanis diceretur. Hactenus Mascard. & teste Rebuffo.

Igitur & à fortiori in nostro casu cum in litteris auocatorijs ꝛ (quæ potius simpliciter alteri in prima instantia causam committunt) nihil de subscriptione & signatura propria manu Sanctissimi dicatur, nec mentio aliqua fiat, & nihilominus per impetrantem instetur interuenisse in supplicatione; de necessitate tenetur in Senatu de ea docere.

Et generaliter, quando prætenditur differentia inter supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, ꝛ & litteras desuper expeditas, quæ prætenditur, & opponitur magis, aut minus in eisdem scriptum, quod sit recurrendum ad supplicationem signatam, ita vt Iudex de hac exceptione cognoscens ex eius inspectione inferat veritatem; probant post alios & Rota decisiones Hercules Marefcotus variam resolution. lib. 1. cap. 98. num. 1. & 2. quem ad litteram retulimus supra in §. 1. vers. Eleganter hoc etiam, à num. 28.

Hoc idem probat Rota in vna Pampilonens. benefic. 14. Ianuarij 1613. ꝛ adducta per Prosper Farinac. in posthumis, tom. 1. decis. 456. & in num. 2. in hæc: Et quod in gratia Bartholomæi minimè adit talis narratio non dispensationis, satis colligi visum fuit ex lectura supplicationis Bartholomæi, in qua nihil tale legitur, & tamen supplicatio tanquam matrix attenditur, quidquid in litteris ponat ꝛ expeditores, qui in hoc minimè possunt præiudicare supplicanti, Verall. decis. 271. part. 1. in manuscriptis, Rota in causa Toletan. Parochialis 10. May 1596. coram Illustrissimo Atiginio cum alijs allegatis per Domin. Ioan. Baptitam Millinum, quæ placuit dominis, &c.

Et alia est decisio eiusdem Farinacij in tom. 2. posthum. decis. 416. quæ num. 2. in fin. & num. 3. ita ait: Vnde cum rescripti verba, quæ sunt ꝛ strictè intelligenda, Glossa in cap. significante, in fin. de rescriptis, Abbas in cap. Rodolphus, num. 1. eodem titul. loquuntur de cautione, non videbantur extendenda ad depositum, vel sequestum vel saltem negati non potest, quin saltem dubium esset, quomodo essent intelligenda verba rescripti, ita vt esset opus pro declaratione iterum adire signaturam, cap. cum coningat, de rescriptis, cap. cum venissent, de iudicijs, &c.

Et quod ad effectum subreptionis supplicatio sit potius attendenda, ꝛ quàm litteræ expeditæ, probat Rota, vt per Alexandrum Ludouicum decis. 108. num. 11. ibi: Et ad istum effectum attenditur supplicatio tanquam matrix, &c. Et fuisse dictum in Cesar Augustana pensiois 19. Februarij 1590. coram Giptio, & in Bononiens. Bonorum de Binarijs 5. Martij 1618. coram D. Andrea, vbi dicitur fuisse sepius decisum à Rota, testatur Oliuerius Beltramin. in annotation. ad Ludonis. dict. decis. 108. num. 16. vbi plurimas alias decisiones Rotæ allegat ad hoc, quod

quod supplicatio, non litteræ, sit attendenda. Atque vterius latè dillicat ad effectum iustificationis litterarum, ab hæc vel supplicatio signata sit attendenda, quod tandem cum fædere distinctionis componit diuersitatem decisionum, quæ circa hunc articulum, seu punctum reperitur, & ex hactenus latè adductis fundamentis satis comprobatum remanet, quod hæc qualitas & forma, qua fundatur & mitti debet auocatoria commissio, debet verificari, & probari ab ipso impetrante, cum sit fundamentum suæ intentionis, atque iurisdictionis mandatæ, nempe per productionem realem supplicationis subscriptæ propria manu Sanctissimi.

Quæcum sit protocollo, vt per Rebuffum, ꝛ & alios firmat Mascardus de probationibus, dict. conclus. 1309. num. 18. & Alexand. Ludouic. dict. decis. 108. num. 11. vltra quos idem probat ipse Rebuffus in praxi tit. Bull. nou. prouisio. num. 1. folio mihi 131. quem referens sequitur Flaminius Parisius de resignat. benefic. lib. 8. quest. 7. num. 106. & 107. dicentes, quod litteræ à signatura oriuntur, sicut instrumentum à protocollo, iuxta authentic. de Tabellionibus, §. 1. & sequenti, collation. 4. Et propterea in omnibus differentijs ad illud erit recurrendum.

Circa quod eleganter loquutus fuit insuper Flaminius Parisius, lib. 8. quest. 7. à num. 180. in hæc: Quoties ꝛ litteræ discordant à supplicatione; remittendæ sunt ad corrigendum, & ita seruat Rota vt fuit dictum 7. Octobris 1552. testè Caputaquens. decis. 270. lib. 1. in manuscriptis, Rebuffus in praxi, titulo de reformatione, & correctione. Bullar. column. 1. & 2. Et sic de stylo super discordantia ꝛ semper recurritur ad matricem, nam non possunt expeditores alterare gratiam, & ius questum tollere, vt fuit tenentur in vna Maioricens. benefic. coram Archib. de Grassis 15. May 1555. testè Caputaquens. decis. 273. lib. 1. in manuscriptis, ita recurrit ad protocollo, quando instrumentum non est ita conceptum, §. 1. Authentic. de Tabellionibus, column. 4. Doctores in l. conuictus, Cod. de fide instrumentorum. Et reformantur ab officialibus Curie iuxta regul. Cancellar. relatam à Rebuffo loco citato, ꝛ nullam requiri ad hoc partis citationem, scribit Rebuffus dict. tit. num. 8. Quia cum inuita parte fieri possit, multo magis ea ignorante, l. qui potest inuiti, ff. regulis iuris, l. 4. §. 1. ff. de fide commiss. libertat. l. neque ignorante, de iuroribus, & curatoribus, datis, &c. Quæ deseruiant ad plura in sequentibus, §. 5. apponenda.

Maximè cum postquam supplicatio subscripta stare registrata, ꝛ litteræque confectæ iuxta styllum Romanæ Curie (de quo superius à principio huius capituli latius diximus) Curiales curiosi & attenti ipsam originalem nanciscuntur ab officiali, provt mihi attestatur hinciter Doctor Augustinus Barbofa Curialis peritius, qui vnam originalem supplicationem auocatorijs manu Sanctissimi D. N. Urbani VIII. subscriptam in causa propria sua secum portans, mihi ostendit in vno folio Papyri iuxta styllum superius ad scriptum.

Itaque hoc remedio vti debet, qui prætendit auocatum esse legitime causam ab Ordinario in prima instantia, & seruata forma Concilij Tri-

dentin. aliàs ꝛ in Senatu, si de reali subscriptione sine Sanctissimi non confiterit, causam remittendam esse Ordinario, decernet, cum in litteris de dicta subscriptione nihil legatur.

Hanc nostram resolutionem, quod impetrans teneatur docere de subscriptione prædicta, limitabis iuxta terminos de quibus hactenus fuimus loquuti; quando nempe in ipsis litteris ꝛ mentio aliqua non fiat de subscriptione, provt vltra superius citatos Doctores, probat etiam Mandosius in Regula 33. signatura per fiat præferatur, signatura per concessum, quest. 1. num. 2. Secus verò quando in eisdem post narrationem gratiæ, aut inter illam fiat de subscriptione & signatura propriæ manus Sanctissimi mentio aliqua, quia tunc cum pro litteris præsumatur, vt fidem faciant, & Papa (qui tunc loquitur vt superius annotauimus) asserat illam, standum erit eis, iuxta Clementin. litteræ de probationibus; & ea quæ diximus ad principium huius questionis, & §. 2. num. 3. vers. cerè res est admodum, & pars, quæ nihilominus illam subscriptionem negauerit, probare teneatur, & docere de contrario per ostensionem in Senatu de huiusmodi supplicatione non signata; ita hanc limitationem expressè probat Ioannes à Cochier in regula Cancellariae 25. alias 26. de non iudicando, iuxta formam supplicationum, num. 37. in hæc: Sed an qui Bullas producit, possit cogi, ut ostendat signaturam, si forte aduersarius obiecit latius extensus, quam signatura continet? Cogi non posse respondit, seu decreuit Senatus Sabaudie teste Antonio Fabro, lib. 10. diffinitio. foren. titul. 5. diffinit. 5. faciunt enim per se fidem, & ad eum qui vitium obiecit, pertinet, ut signaturæ quæ in alijs Curie remanet exemplum probata fidei proferat, ex cuius collatione constare possit, verum amplius facta sit Bullarum expeditio, quam fieri debuerit, ita Senatus in causa Philippo Chancelard. & Claudijs Poyfat. 13. Kalend. Ianuarij. Hactenus Cochier, pulchre ad propositum loquens, quod intellige, vt diximus, quando in ipsis litteris gationis Summus ipse Pontifex, qui in ipsis litteris loquitur (vt diximus ad principium huius §.) asserat se subscripsisse, non tamen quando in monitorialibus, compulsorijs, aut inhibitorijs Iudex, aut Notarius hoc asserit, iuxta quæ latè adducta sunt in §. 4. sequentibus, pro totum.

§. III.

Et an per exemplum supplicationis subscriptæ probatio sufficiat in Senatu, ne litteræ remittantur Ordinario.

S V M M A R I V M.

- Supplicatio propria manus an per exemplum supplicationis subscriptæ in Senatu probata dicatur, num. 1.
- Supplicatio originalis subscripta, & signata in iudicio nullam fidem facit, nec aliquam probationem inducit, num. 2.
- In supplicatione facilius falsitas committitur, quam in litteris expeditis, u. 3.
- Originalis scriptura, vbi fidem non facit, multo minus

minus exemplum ex ea, quantumvis solemniter desumptum, num. 4.
 Exemplum desumptum à Protocollo vitioso fidem non facit, uti productum à radice infecta, num. 5.
 Testes, & instrumenta aequalem probationem faciunt, num. 6.
 In supplicatione originali subscripta probanda milles testes adhibiti fidem nullam faciunt, & de ratione, num. 7.
 Verum esse non potest, quod falso principio nititur, num. 8.
 Rami maiores vires non habent, quam à radice susceperint, num. 9.
 Fundamento sublato, totum ruit adificium, num. 10.
 Origines semper attenditur, ibid.
 Sumptum de Registro supplicationum subscriptarum nullam fidem facit, n. 11.
 Exemplum supplicationis subscripta, solemniter desumptum, integram fidem facit in Senatu ad docendum de subscriptione commissionis, n. 12. & sequentibus.
 Subscripta supplicatio non sufficit ad probandam substantiam gratiae, sed litera, super ea expediente, illam probant, n. 13.
 Ad probandas circumstantias, & qualitates gratiae, an fuerit subscripta in signatura per Fiat, vel per concessum, ipsa supplicatio subscripta fidem facit, num. 14.
 Ad supplicationem subscriptam, seu signatam recurritur tanquam ad matricem, & Protocollo, num. 15.
 Ex signatura, seu supplicatione subscripta in iudicio in quibus in iudicio fidem facit recte desumitur exemplum ad eadem probanda, n. 16.
 Ex Protocollo nequit in iudicio agi ad rem in contractu deductam, quia id destinatum non est, num. 17.
 Ex Protocollo probantur dubia, & defectus scripturae ex eo desumpta, ad quod magnam fidem facit, num. 18.
 Ex supplicatione signata, quae est matrix, & Protocollo non agitur in iudicio ad substantiam gratiae, tamen ad eius circumstantias, & qualitates, seu ad probationem defectuum litterarum fidem facit, n. 19.
 Supplicatio non probat substantiam gratiae, sed qualitates eiusdem; pariter & haec per testes probari possunt, num. 20.
 Sumptum ex supplicatione subscripta originali fidem facit ad probandum, per quam signaturam fuerit expedita, an per placet an per concessum, num. 21.
 Exemplum supplicationis originalis, probatio sufficiens est ad detegendos defectus litterarum, ex ea sumptarum, n. 22.
 Exemplum Scripturae regulariter in iudicio fides non datur, num. 23.
 Exemplum solemniter, & cum iuris requisitis desumptum legitime probat, n. 24.
 Exemplum supplicationis subscripta, solemniter transumptum, integra fides in Senatu danda ad effectum impediendi remissionem Ordinario, n. 25.
 Subscripta supplicatio, licet non probat in iudicio substantiam gratiae, probat eius circumstantias, & qualitates, n. 26. & à n. 12.
 Sumptum de registro supplicationum non probat substantiam gratiae, cum ad id litterarum expeditio sit necessaria, probat tamen qualitates eiusdem, num. 27.

Sumptum de registro supplicationum fidem facit, postquam sunt expedita, & impense solute, num. 28.
 Notarij testimonium, & fides legitime deducta ex parvis librorum Datoria, aut Cancellaria, probat, num. 29.
 Sumptum de registro litterarum in vim compulsarialium fidem facit, n. 30.
 Sumptum de registro Bullarum fidem non facit extra Curiam Romanam, imò nec in Hispania admittitur, num. 31.
 Sumptum supplicationis subscripta, ne in Senatu redargui possit, quo modo corroborandum, num. 32.
 Instrumentum à Regno extraneo, & longinquis partibus allatum quae firmitates habeat ne redarguatur, ibid.
 Si habet fidem aliorum duorum, vel trium Notariorum, afferentium subscribentem esse Notarium fidelem, &c. redargui nequit, n. 33.
 Supplicationem subscriptam originalem se exhibeat impetrans in Senatu, causam tamen in ea ad movendum Sanctissimum falsa detegitur in Senatu, an eius commissio sit retinenda, à n. 34.
 Ob falsam causam in supplicatione appositam annuatur concessio, tamen in gratiosis, quam in commissionibus iustitiae, n. 35.
 Ex avocatione nulla non possit iurisdictioni Ordinarij, nec impedit remissionem ad ipsam, n. 36.
 Commissio avocatoria in prima instantia sub falso supposito, quod Ordinarius fuit recusatus, non impedit remissionem causa per Senatum faciendam eidem, num. 37.

TERTIA quaestio se offert disputanda, an per exemplum supplicationis subscripta propria manu Sanctissimi (dato casu quod supplicatio subscripta sufficiat, licet examinatum infra hoc cap. 5. 4.) sufficientes probationes haberi debeat in hoc Senatu, ut etiam coram Ordinario, ut ad ipsum litterarum remissio euitetur; difficillimum continet resolutionem ex iis, quae pro negativa consideramus, primum quod ipsa originalis supplicatio subscripta, & signata in iudicio nullam fidem facit, nec aliquam probationem inducit, nec eidem soli creditur, ut probat expressè Regula Chanceliar. 26. de non iudicando iuxta formam signaturae supplicationis. Quam amplissime haec conclusionem comprobantes exortant Malfardus de probationibus, conclus. 1309. per totam, Alphonsus à Soto, Gomezius, Ioannes à Cochier, & alij super eadem Regula, Flaminius Parisius de resignat. benefic. lib. 10. tom. 2. quest. 1. per totam, & lib. 8. tom. 2. quest. 2. per totam. Alcanthus Tamburinus in tractatu de iure Abbatum, quest. 2. disp. 16. per totam apud quos (qui infinitos penè alios allegant) abunde hanc articulum videbis, qui omnes inter alias rationes, hanc & reddunt, quia facilis committitur falsitas in supplicationibus, quam in litteris expeditis propter appositionem manuum plurimum officialium, argument. l. ultima, C. de ediculis.

Igitur cum ipsa principalis & originalis scriptura fidem non faciat in iudicio; multò minus exemplum, & sumptum ex ea, quantumcumque solemniter sit exactum; ita argumetur Curtius Iunior, in Authent. si quis in aliquo documento,

documento, num. 41. Cod. de edendo, & ibi allegat Raphael. Cumanum consil. 158. vixit in primo dubio, Bertrand. consil. 3. num. 3. volumin. 3. Et in consil. 131. scriptura novissima, num. 7. cum plurimis sequentibus, lib. 2. Malfard. de probationibus, conclusio. 712. num. 3. & 4. dicentes, quod exemplum etiam solemniter desumptum ab alio exemplo informi, & non probante, nullam fidem aut probationem inducit, concludunt quae ipse Malfard. conclus. 711. à num. 54. & sequentibus.
 Quod & recte comprobatur, quod instrumentum desumptum ex protocollo seu registro vitioso, & quod non est in forma probanti, nec solenni; nullam pariter fidem facit, tanquam exactum, & productum à radice infecta & vitiosa. Ancharranus in consil. 431. volumin. 1. Beroius in consil. 1. num. 12. volumine 2. Corneus in consil. 70. volumin. 4. Parisius consil. 27. n. 13. & 14. volumin. 2. Roland. à Valle consil. 2. num. 26. & num. fin. volumin. 2. & in consil. 44. n. 16. lib. 1. Purpurat. consil. 172. in fin. lib. 2. Cephalus consil. 409. Hippolytus Riminaldus consil. 109. num. 2. Menochius de arbitrarie, lib. 2. casu 187. num. 17. Marcus Antonius Eugeni. consil. 5. n. 11. Don Ioannes del Castillo controversar. tom. 2. cap. 16. num. 45. Igitur huic sumptu supplicationis fides aliqua danda non erit in Senatu, cum eidem principali originali penitus in iudicio quovis denegetur.
 Secundò pro hac parte negatua facit, quia licet aliàs aequalem vim & probationem faciant & testes ac instrumentum, l. in exercendis, C. de testibus, l. partium quod bona fide, Cod. de partibus, & Nos latius hac 2. part. capitul. 6. prope finem; tamen & similes testes adhibeantur pro probanda supplicatione subscripta, & probationem nullam faciunt, ut in his terminis signaturae originalis contra Rebussum (quem tamen explicat) probat Malfardus de probationibus, conclus. 1309. à num. 15. 16. & sequentibus. Ea ratione recte motus; quia si supplicatio in sui esse quoad probationem est imperfecta, etiam mille testes recognoscences recte imperfectam, & de ea testantes non poterunt facere, ut illa perfecta evadat.
 Tertio facit, quia verum esse non potest, quod falso & principio infirmatur, l. cum filius, §. bares, ff. de legat. 2. Crauca consil. 1000. pro genero, num. 37. Anton. Monach. Florentin. decis. 48. num. 6. Et quia rami maiores vires non habent, & quàm à radice susceperint, nec radice infecta rami pullulare possunt, & infecta primitiva censentur infecta derivativa, multa congestissimum in tractatu de Regia protectione. 4. part. capitul. 6. num. 35. & sequentibus, & cap. 14. à num. 19. Quippe cum principale non subsistit, nec ea, quae sequuntur locum habent, l. cum principalis, ff. de regulis iur. & sublato fundamento totum adificium ruit, nec super eo edificari potest, Nos dist. capitul. 14. à n. 13.
 Ac insuper quia origo rei semper attenditur, l. nam origo, ff. quod vi aut clam, l. filius familiaris, vericul. Origo enim, ff. ad Macedon. l. clam possidere, in principio, ff. de acquirend. possessio. l. 2. §. parvique referit, ff. de privilegiis creditor. l. id quod §. ff. de donat. l. quod si maritus, ff. de constitut. pecun. l. & qui originem §. ff. de numeribus, & honoribus, Gratian. dispensation. forens. tom. 4. capitul. 749. num. 16. abundè

Don Ioann. del Castillo controversarum, lib. 5. part. 2. cap. 155. per totum; ergo si originalis scriptura fidem non facit in iudicio, nec eius exemplum.
 Quod & vltimo pro hac parte fortiter pugnat in his terminis & elegans doctrina plurimorum dicentium, quod sumptum de registro supplicationum subscriptarum nullam fidem faciat in iudicio, expressè Bellameta decisio. 252. Roman. consil. 336. Cretentius decisio. 50. in manuscriptis, & per eos Flaminius Paulius de resignatione beneficiorum, lib. 2. quest. 24. num. 3. in fin. & iterum lib. 10. tom. 2. num. 18. vltia quos idem probat Gomezius in regula 23. aliàs 26. de non iudicando iuxta formam supplicationis, quest. 1. num. 4. Rota decisio. 62. nota sumptum de registro, & decisio. 681. nota sumptum, & decis. 686. die quod transumptum in antiquis, Malfardus de probationibus, conclus. 1309. à n. 7. Ergo videtur quod circa rem hanc vltimis non sit hastitandum, cum adhuc nec registrata iam supplicationis (quod omne scrupulum & periculum falsitatis excludere videtur) sumptum aliquam fidem faciat in iudicio.
 Quibus tamen argumentis non obstantibus, contrariam sententiam & de iure veriore opinor, nempe ut exemplum supplicationis subscripta legitime desumptum fidem faciat in Senatu integram, aliòve in Tribunali Ecclesiastico, ad satisfactionem tantum formae requiritur per Concilium Tridentin. in cap. cause omnes, sessio. 24. de reformatione. Moverit inevitabilibus fundamentis; primò quia licet verum sit, quod ex sola signatura, & supplicatione subscripta non possit agi in iudicio, quia & testes sunt necessitate ad eum effectum; id procedit, ad probandam substantiam gratiae, quia aliter quam per litterarum expeditionem probari est prohibitum, ut probant Doctores omnes, & alij plurimi ab eisdem citati, quorum meminimus in primo argumento contrariae partis, num. 2. ex variis rationibus per eoldem consideratis.
 Attamen ad probandas circumstantias, & qualitates gratiae & videlicet an supplicatio fuerit subscripta in signatura per fiat, vel per concessum, vel à quo, & similia; ipsa supplicatio recte probat, & fidem facit, imò aliter quam per eandem recte probari nequit, prope abundè probavimus in §. antecedenti, per totum, ad quem te remitto libenter. Et insuper respectu circumstantiarum, seu qualitarum, atque omnium accidentalium gratiae signaturae sola fidem faciat; probant insuper Mandosius in Regula 25. aliàs 26. de non iudicando iuxta formam supplicationis, quest. 9. ubi loquitur de tempore, & aliis qualitatibus, Rota decis. 332. licet Romana 27. de rescriptis in novis, Vvaemecius consil. 242. num. 5. tom. 10. ubi de probanda praecedenti vacatione, atque impetatione supplicatio signata fidem faciat, infinitos penè Doctores, & Rotae decisiones in huius doctrinae comprobationem congestit Malfardus de probationibus, conclus. 945. à num. 1. cum sequentibus, ubi amplissime videre poteris circa probandas circumstantias, & qualitates gratiae aliter posse fieri quam ad probandam substantiam eiusdem. Quia ad eam tanquam ad matricem & recurriturum erit pro ut supra hoc cap. 30. §. 2. à num. 45. cum multis segg. altius firmavimus, Igitur si adhuc saltem eff. cum

effectum plenam fidem faciat supplicatio originalis signata; et pariformiter eam debet inducere sumptum ex ea legitime & solemniter deductum à ratione cessante, & per argumentum à contrario sensu eorum omnium, quæ remanent considerata in 1. 2. & 3. fundamentis contrarie partis; quibus sic bene satisfactum remanet.

17 Secundò facit simile, et quia licet virtute protocolli, seu matricis non possit in iudicio agi ad rem in contractu deductam, seu promissam, nec obligatus ex ea conueniri nec exequi, qui ad hunc effectum fidem non facit, ut rectè post alios probat Patladotius lib. 2. rerum quotidianar. cap. fin. 1. part. §. 12. à num. 17. Antonius de Canario in tractat. de instrument. §. 38. num. 77. Simon de Pretis de interpretat. vltimarum voluntat. lib. 4. resol. 2. ex num. 60. fol. 195. Gallefus ad formam Camera. 3. part. quæstion. 1. Menochius de arbitrariis, lib. 2. centur. 2. casu 187. à num. 3. Quia licet protocolium maximam fidem faciat, magnamque in sui essentia autoritatem habeat, quippe ab eo cætera exemplaria fidem accipiunt: tamen in iudicio fidem non facit, cum illius usus ad id destinatus non sit, sed ut apud Tabellionem perpetuo seruetur, tam ad deducenda exempla, quam ut ad illud semper recurratur pro fide & veritate, quoties dubitatur de viribus instrumenti ex eo deducti, et quia recurritur ad protocolium tanquam ad fontem & matricem, ad istum nempe effectum semper et principaliter ei creditur & fides datur, ut ex Patladotio ibidem, cap. quoniam contra, de probationibus, l. 8. & 9. ibi: *E por esso la mandamos escribir en el registro, porque si la carta se perdiera, è viniere alguna duda sobre ella, que se pueda mayor probar por alli, titul. 19. part. 3. l. 12. & 13. & 16. titul. 25. lib. 4. Recopil. ut plenè annotantur per Couat. practica-rum cap. 22. Bertrand. consil. 415. num. 1. volumin. 4. & in consil. 55. num. 1. volumin. 3. & in consil. 219. num. 8. volumin. 2. §. penultim. in Authent. de Tabellionib. & notant Barthol. Bald. Imol. & Cumanus in l. Sempronio Proculo, ff. ad leg. 2. Marcus Anton. Eugen. in consil. 51. num. 10. volum. 1. Azved. in l. 12. titul. 25. lib. 4. Recopil. num. 9. & 10. D. Ioan. del Castillo controuersar. tom. 2. cap. 16. num. 47. & 48. quod & amplissimè comprobatur Malfardus de probationibus, conclusio. 4. à num. 13. cum sequentibus, pro ut & vulgatissimum est.*

Pariformiter dicendum erit in supplicatione signata, quæ ut matrix & protocolium habetur, ut inde litteræ et extrahantur, pro ut ex pluribus probauimus supra in §. antecedens, à num. 45. cum sequentibus, versicul. *Quæ cum sit protocolium, &c.* Ex qua licet in iudicio agi nequeat, nec fidem faciat ad rem principalem, & substantiam, quia ad id destinata non est; tamen ad comprobationem qualitatum, & ad eluendam veritatem de quibus in litteris inde sumptis dubitatur, plenam fidem facit, quia ad eius usum destinata est, igitur eodem modo ad ipsam effectum adhibenda erit fides exemplo ex subscripta supplicatione legitime, & solemniter desumpto ad probationem, nempe qualitatum, & subscriptionum, ut supra diximus.

Comprobatur insuper, quoniam licet ad probationem substantiæ gratiæ supplicatio non sufficiat subscripta, et sed necessario litterarum

expeditio necessaria sit: tamen probatio qualitatum, & circumstantiarum aliudè sumi potest, etiam per testes, Rota decisio. 27. de re scriptis in nouis. Abb. per illum text. in cap. auditu in 2. notab. num. 3. de restitution. in integr. Relin. in rubric. de constitutionib. num. 5. Sarnier. in dict. regul. de non iudicand. iuxta formam supplication. quæst. 13. Marfill. in rubric. de probat. num. 26. Gigas respons. 9. num. 5. & respons. 4. num. 8. Millis in repertor. in verbo, Probatio gratiæ, Selba de benefic. part. 3. quæst. 11. num. 57. Boëtius de potest. Legat. à Latere, num. 78. Et est magis communis iuxta quam iudicauit Rota teste Mandosio in additionib. ad Roman. consil. 127. sub num. 8. littera G. Malfard. de probationibus, conclusio. 843. num. 23. Flaminus Patius de resignation. benefic. lib. 8. tom. 2. quæst. 2. num. 25. & 26. alios plurimos citauimus hac 1. part. capitul. 26. à num. 29. versic. Et quod gratia principalis. Igitur pariformiter admittenda erit probatio ad hunc effectum per exemplum supplicationis legitime sumptum.

Et in terminis nostris quod sumptum ex supplicatione subscripta, & signata, et aliàs in forma probanti sufficiat, & facit fidem plenam, ut ex ea detegatur, & comprobetur, per quam signaturam litteræ fuerint expeditæ, an per fiat, an per concessum, & aliæ circumstantiæ similes; determinauit Senatus Sabaudicæ teste Antonio Fabro, lib. 10. de fin. forens. tit. 3. definit. 5. quem referens sequitur Ioann. à Cochier. in Regula Cancell. 25. aliàs 26. num. 37. ibi: *Persinet, ut signatura, quæ in actio Curia remanet, exemplum probatae fidei proferat, ex cuius collatione probare possit, etiam amplior facta sit Bullarum expeditio, quam fieri debuisset, ita Senatus in causa Philip. Camelard. & Claudij Poyrat. 13. Kalendis Ianuarij 1589.*

Id ipsum quod sumptum, seu exemplum supplicationis subscriptæ sufficiat et ad deducendam veritatem litterarum Apostolicarum, firmat ipse Cochier in eadem regula 25. aliàs 26. de non iudicando, iuxta formam supplication. num. 4. fol. 270. ibi: *Vel quando non sum concepta iuxta signaturam eas remitti, etiam de partibus solere, ad Cancellariam, ut corrigatur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiet, nisi producto signaturæ sumpto, ut ex eo videntur, an saltem, &c.* Sicut etiam sumptum litterarum de Registro Apostolico fidem facere in Curia post Rotæ decisiones, firmat Nicolaus Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. num. 534. Igitur per signaturæ exemplum legitima fiet probatio in Senatu, quando aliàs solemniter, legitimeque & in forma probanti sit exactum, ad effectum probandi modum signaturæ ipsius, à quo nempe fuerit supplicatio subscripta, ut inde veritas deducatur, an sit deneganda Ordinatio petita remissio.

Constantis est enim in iure, et quod licet regulariter exemplo sumpto, vel transumpto (quæ synonyma sunt idem significantia) in iudicio fides non detur, capitul. 1. de fide instrumentorum, l. 2. ff. eodem titulo, l. Procurator. Cod. de edendo, leg. 114. in fin. & l. 44. titul. 18. part. 3. leg. 2. titul. 14. part. 6. latissimè Malfardus de probationibus, conclusio. 711. à principio, Couartuias practica-rum capitul. 19. num. 2. & capitul. 21. per totum, Parladot. lib. 2. rerum quotidianar.

idian. cap. fin. 1. part. §. 12. limitation. 2. Morla in emporio iuris, tit. 11. de fide instrumentorum, & plurimi alij.

Tamen quando sumptum, seu exemplum solemniter deductum sit, et vel ab eodem Tabellione rogato ad originale, vel ab alio cum iuris requisitis, puta auctoritate iudicis, & partis citatione; legitime probat, eique in iudicio & extra id fides integra adhibetur, ut latius explicatur Couatrou. dicto cap. 21. num. 4. & sequentibus, Parladot. loco citato, num. 18. in fin. & num. 19. Auiles. cap. 19. praxorum, glossa tralladen. & capitul. 6. glossa copia, num. 4. Padilla in l. 3. ex num. 5. Cod. de dinersis re scriptis, Afflicto decis. 6. Natta consil. 143. lib. 1. Roland. consil. 69. à num. 57. volumine 3. & alij plurimi citati à Don Ioann. del Castillo controuersiarum tom. 2. cap. 16. num. 55. & vide num. 51. & sequentibus. Igitur si in hoc sumpto seu exemplo subscriptæ supplicationis solemnia requisita interueniant, nullum dubium esse poterit; quod ad effectum probandi signaturæ modum, & à quo sit subscripta supplicatio; integra sit huic exemplo data fides, ut remissio ad Ordinarium causæ penitus impediatur, cum legitime fuisse auocatum & alteri commissam, appareat ex supplicationis transumptum solemniter deducto, & appareat in forma probanti.

26 Quæ vera hac retenta et resolutione; non obstant fundamento pro contraria parte considerata: non primum, secundum, nec tertium, quibus iam ad principium huius secundæ partis sufficienter satisfecimus, à num. 12. distinguentes inter probationem substantiæ gratiæ, ut ad illam non detur fides supplicationis signatæ; & probationem circa qualitates, & accidentalias, ut tunc vera ex supplicatione deducatur probatio, ac per consequens quod ad istum effectum dumtaxat sumptum seu exemplum fideliter probet, & sufficiens haberi debet in Senatu, pro ut latè comprobauimus in hac 2. part. quæstionis.

Nec obstat quantum & vltimum magis difficile, de quo supra, num. 11. Quod sumptum de registro et supplicationem nullam fidem faciat; cui responderetur similiter; decisiones & Doctores in eo citatos loqui ad effectum probationis substantiæ gratiæ, ut ex tali transumpto non valeat impetrans in iudicio agere, nec imitti in possessionem, cum omnino id illi prohibuitur sic per Regulas Cancellariæ, ut aliter non possit eam apprehendere, quam per litterarum expeditionem, quæ tunc perfectæ sunt, quando sunt plumbatæ, & registatæ in Cancellaria, ut sursum suo loco diximus, quæ responso clarè eundem ex contextura Doctorum in dict. 4. fundamentum citatorum, cum prædictam doctrinam ponant pro extensione regulæ Cancellariæ prohibentis agi ex supplicatione, sed tantum ex litteris de super expeditis.

28 Colligitur etiam ex eisdem et firmantibus sumptum ex registro Bullarum expeditarum fidem facere, cum iam litteræ sint expeditæ, & solutæ expensæ, Bellarm. dict. decis. 621. Rota decis. 28. de prebendis, in antiquis. Barthol. Belen. in tract. de charitat. subsid. §. 113. Anton. de Butt. consil. 2. visis litteris, n. 3. Mandos. dict. regul. 26. §. 6. n. 2. cum seqq. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 10. tom. 2. §. 1. n. 18. & 19. & lib. 2. §. 14

in fin. Rebus. in praxi in 3. p. signat. verb. datum apud, &c. n. 5. Coltan. consil. 343. in præsent. vol. 1. & post Rotam decis. 621. & decis. 681. firmat Malfard. de probation. concl. 1305. n. 7. 8. & 9. Vuameli. consil. 340. num. 11. & per eum Ioan. Choch. in regul. Cancell. 25. aliàs 26. de non iudicando iuxta formam supplication. n. 33. fol. 267.

Et comprobatur, quoniam fides, seu sumptum, et aut testimonium Notarij datum super partitis librorum, & registrarum Dataricæ & Cancellariæ fidem faciunt (si legitime deducantur) in iudicio, ac extra illud, Seraphin. decis. 1088. n. 4. & decis. 1108. n. 2. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 727. n. 4. ad quod stylus Romanæ Curie obtinuit, ut non aliter possint hæ fides & exempla librorum registri dari à Notarijs; nisi speciale ad sit Decretum Sanctissimi.

Et iterum limitat Malfard. ubi proximè n. 9. et ut valeat sumptum de registro litterarum Apostolicarum Bullatarum, quando sit deductum in vim compulsorium ex Rotæ decis. 686. in antiquis.

Limitatur etiam secundò, ut non habeat locum hoc sumptum, et nec fidem faciat extra Romanam Curiam, quia tunc fides sunt necessariæ originales, ut limitat Mandos. in dict. Regula de non iudicando §. 6. n. 4. sequitur Ioan. à Choch. in eadem regula, sub n. 33. versic. *Sub limitanda tamen, fol. 267.* & conuenit nonnullæ Rotæ decisiones addactæ per Nicol. Gare. de benefic. 1. p. c. 5. n. 534. dum loquendo de hoc sumpto litterarum ex registro Apostolico fidem facere procedunt limitatè, nempe in eadem Curia Romana, ita ut sentite videntur, aliud esse extra cum iuxta doctrinam modò scriptam, quod verissimum puto in Hispania, ut nullas permittatur agere & possessionem petere absque litteris originalibus, non autem per transumptum registri Bullarum, cum ob tam longam distantiam maximis fraudibus ocaseo præberetur omnino præcauendis, & facilius committentur falsitas in sumpto ex registro, quam in litteris ipsis, ut expressè probant Doctores citati supra n. 2. & 3.

Vnum tamen necessarium animaduertendum erit impetrans commissionem et in prima instantia alteri, quam Ordinario rei conuenienti; quod si ad comprobationem subscriptionis propria manu Sanctissimi afferatè Romana Curia transumptum (ut dictum est) supplicationis signatæ confectum ab aliquo Notario Romanæ Curie, cautus sit, ne redarguatur; quod post signam Tabellionis litteris testimoniales legalitatis Notariis, à quo est confectum, & signatum sumptum ab Ordinario iudice loci domicilij Notarij concessas, ac sua subscriptione, & sigillo munitas pro ut apponi solet; nam tunc etiam parte in partibus his seu Senatu opponente, non erit necessaria aliqua recognitio, & comprobatio, quando nullum vitium visibile ex ipsis instrumentis facie apparet, Bald. in l. comparationes, n. 14. C. de fide instrum. Cephal. cautel. 54. Hippol. de Martil. in l. si quis ne questio. n. 144. ff. de questionib. dicens hunc modum per totam Italiam, imò quasi per totum Orbem prædicari. Boët. decis. 154. num. 4. Stephan. Aufer. in addition. ad Capel. Tholosan. decis. 330. Malfard. de probation. concl. 1098. num. 5. & 6. Vltimus in praxi Rom. Cur. lib. 6. c. 1. n. 8. in fin. Parladot. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 1. §. 11. num. 17. Rebus. in tract. de litterar. oblig. art. 1. gloss. 7. num. 8. Hieronym.

nym. Gonçal. in regul. 8. de alternatiuis, glof. 64. num. 15.

Vel procurat, quod tale sumptum simul habeat fidem & testimonium aliorum duorum aut trium Notariorum asserentium, & subscribentem vere esse Notarium, & fidelem, legalemque, ac verè scriptis, & signis plenam semper adhibitam fuisse fidem, Glof. singulari, in Auth. de Tabellionib. §. Nos autem, verb. ipsi, in fin. vbi Angel. col. 3. vers. Nota instrumentum, collat. 4. Cepola dist. cautela 54. aliàs 88. incipit, si aliquis habet. Lanfranc. in cap. quoniam contra, n. 5. de probation. Parlad. vbi sup. num. 17. in princip. Azeved. in l. 1. num. 138. tit. 21. lib. 4. Recop. Boer. decis. 154. n. 5. Felin. in c. post cessionem, n. 16. vers. Fallit non, Gonçal. dist. glof. 64. n. 16. cum segg. & quolibet horum duorum remedio potest impetrans ritus esse, ne redargui possit exemplum signaturæ & longinquis adductum, integramque fidem faciat, si aliàs solemniter sit sumptum, & hoc iure vitatur, quæ omnia in hoc §. dicta procedunt sub hoc supposito, quod sufficiat supplicatio subscripta auocatoria primæ instantiæ iuxta asseras declarationes S. C. supra §. 2. n. 8. prout abunde apparebit ex his quæ Senatus considerat, & Nos retulimus infra §. 5. per totum.

Sed quid? si adducta supplicatione subscripta originali, & seu eius transumpto solemniter deducto) ex qua tamen appareat, falsam fuisse causam propositam in supplicatione eadem Sanctissimo oblata per impetrantem commissionem, de cuius sinistra, & falsa relatione in Senatu docetur; an subscriptio impetranti prodesse poterit, ut impediatur causæ remissio Ordinario: & dicendum erit, nihil prodesse dictam subscriptionem sub falsa causa extortam à Sanctissimo, text. est optimus in l. si obrepsit, ff. ad legem Corneliam de falsis, ibi: Si libello oblato aduersarium tuum veritatem in precibus ab eo datus non adiecit, subscriptione vti non potest, text. etiam in cap. dicenti, 25. q. 2. ibi: Illa sacra vniuersitatisque supplicantis desiderio concessa preualere, quæ cum iuris, & legum ratione concordant; ea vero, quæ subscriptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullam supplicantis ferre remedium, &c. quæ iura exornat Butr. & Immol. num. 5. vers. Et pro hac facit. Felin. n. 10. vers. Limitatur tertio, in cap. super litteris, de rescriptis. Ioan. Andr. in cap. dilecto, num. 7. vers. Privilegium vero, de rescriptis. Suarez de legibus lib. 8. cap. 22. n. 6. Farinac. de falsitate q. 150. n. 146. qui videndus erit. Thomas Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 21. à num. 31. cum segg. Gironde de privileg.

33 num. 736. vbi probant, quod falsitatis causam in supplicatione appositam, esse nullam concessionem tam in gratiosis, quam in commissionibus iustitiæ, atque ideo, cum ex Trid. vrgens causa requiratur in huiusmodi auocationibus, qua moueri possit Sanctissimus ad subscribendum; sequitur, quod cum falsa sibi proponatur; & nihil potest operari nec prodesse subscriptio, cum ipsa commissio sit nulla ipso iure, & non impedit remissionem Ordinario, à quo per actum nullum non fuit auocata ex regula iuris: Non prestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, conducut quæ infra c. fin. hac 2. p. à n. 168. cum segg. vers. Denique fundamento verissimo, conducut etiam quæ diximus 1. p. c. fin. à n. 23. cum segg. vers. Tum etiam, quia in hac cognitione, &c. quoniam sic deficit voluntas, &

consensus Papæ ex traditis supra à n. 8. & omnino videnda quæ latè deduximus 1. p. c. 3. §. unico, à num. 26. cum segg. & solum.

Conducut etiam quæ de commissione auocatoria impetrata in prima instantia sub falso supposito, quod Ordinarius fuit recusatus, ut nulla sit, ita vt non impediatur remissionem ipsi Ordinario causæ faciendam per Senatum, coram quo de falsa supplicatione docetur, prout abunde probauimus superius hac 2. p. c. 5. §. 1. per totum, præcipuè à num. 5. cum multis segg.

§. IV.

Et nunquid monitorialibus, ex quibus per relationem iudicis, vel Notarij appareat de subscriptione Sanctissimi sit adhibenda fides, vt nec Ordinario causæ fiat per Senatum remissio?

S V M M A R I V M.

Ex subscriptionis relatione facta per Iudicem, vel Notarium in monitorialibus magna oritur, etiam peritissimis, confusio, vt credant commissionem fuisse subscriptam manu Sanctissimi, num. 1.

In monitorialibus inferuntur litteræ gratiosæ, & quandoque immediate sit per Iudicem relatione subscriptionis manu Sanctissimi, n. 1.

In supplicatione, qua impetratur beneficium, multatenu petitur commissio executoris, nec mentionatur, sed post gratiam factam postulatur ab impetrante, si voluerit, n. 3.

Subscriptionem simpliciter relatum in monitorialibus post insertas litteras gratias incantè aliqui referunt ad commissionem, cum non respiciant nisi ipsam gratiam dumtaxat, per Papam subscriptam, num. 4.

Subscriptionis relationi in monitorialibus, respicienti clarè partem executiuam, & commissionem factam à iudice, an per Senatum danda sit fides, vt impediatur remissionem Ordinario, n. 5.

Negatiue resoluit Autor, à n. 6. & segg. Qualitas subscriptionis, qua fundatur commissio auocatoria in prima instantia, ante omnia probari debet, num. 7.

Relationi iudicis in iis qua non dependens à mera potestate sua standum non est, nec credendum, num. 8.

Aut in iis, qua requiruntur pro fundamento sua iurisdictionis, ibid.

Iudici asserenti in sententia libellum, licet confessionem testium examinet, & similia non creditur, num. 9.

Iudici asserenti subscriptionem Papæ, ex qua non aliter sibi adquirit iurisdictionem in prima instantia, non creditur, n. 10.

Delegato asserenti mandatum suæ commissionis non creditur, num. 11.

Delegatio Papæ, aut alterius Principis probata erit per litteras, num. 12.

Delegatus nequit procedere in causa, nisi prius ostenderit litteris suæ commissionis, n. 13.

Commissionem ostendere, sed inutilem, & carentem forma solemnè, & non ostendere idem est, num. 14.

Subscriptionis, de qua per iudicis relationem in monitorialibus appareat, fides non datur in Senatu, quomò

quominus Ordinario causa remittatur, n. 15.

Subscriptio, qua per relationem Notarij constat in monitorialibus, non impedit remissionem per Senatum Ordinario faciendam, n. 16. & segg. Instrumentum relatum à Notario, etiam in alio instrumento, nihil probat, nisi de originali appareat, num. 17.

Notario referenti mandatum in instrumento, à se confecto, non creditur, nisi ipsum mandatum ostendatur, num. 18.

Verba narrativa, seu enuntiativa mandati in aliquo instrumento, non probant mandatum, nisi de eo appareat, num. 19.

Sententia qua enantiatur, quem esse procuratorem, non probat esse procuratorem, n. 20.

Idem si annuntietur in alio instrumento per relationem Notarij, num. 21.

Instrumentum, de quo per relationem Notarij appareat in alio instrumento non probat nisi de relatione appareat, num. 22.

Etiam si Notarius referat se vidisse, & legisse sine aliquo vitiò, vel rasura, n. 23.

Subscriptio propria manu Sanctissimi, qua per solam relationem Notarij in monitorialibus, aliterve similibus litteris appareat, fidem non facit in Senatu, quo minus remittatur causa Ordinario, num. 24.

Supplicatio subscripta, presentata coram Delegato, inserta per Notarium de verbo ad verbum in monitorialibus ex Decreto Iudicis, fidem facit in Senatu, n. 25. & segg.

Mandatum, instrumentum, sententia, & similia inserta de verbo ad verbum in executorialibus de mandato Iudicis legitime vbi libet probant, num. 26.

Instrumenti registrati in actis exemplum, vt fidem faciat, requirit etiam parui citationem, n. 27.

Tenor supplicationis subscriptæ presentatæ Delegato, & de eius mandato insertus de verbo ad verbum in monitorialibus, etiam parte non citata ad effectum articuli citandum, huicque illius iurisdictione constat, fidem facit, num. 28.

Tenor commissionis de verbo ad verbum in monitorialibus articulo citatum ad comparandum, etsi ad inferentem non citetur, n. 29.

Tenor commissionis insertus in citatorio sufficit, nec est necesse transmittere ipsam originale, num. 30.

Intellige quoad effectum comparandi coram citante, non autem respondendi in principali, quia reo opponenti debet originalis exhiberi ante omnia, num. 31.

Citatus per monitoriales, quibus non est insertus, tenor commissionis, non tenetur comparere, nec dicitur contumax, n. 32.

Excommunicatio lata à Delegato, qui copiam suæ commissionis petenti non dedit, nulla est, n. 33.

Citatio, qua non fuit insertus tenor commissionis non inducit contumaciam ad effectum excommunicandi, aut declarandi incurrisse censuras, n. 34.

Supplicationis subscriptæ tenor insertus in monitorialibus absque citatione rei, illum articulo, & sufficit, vt in Senatu impediatur remissio Ordinario, num. 35.

Preambula ad citationem in principali non exigunt citationem, ibid.

Subscriptionis tenor insertus in memorialis non probat si negetur à parte quouisque originalis appareat, num. 36.

Qualitas expressè in libello, seu citatione, attribuit iurisdictionem pro tunc, reuocabiliter tamen si contrarium appareat, ibid.

Tenor subscriptæ supplicationis insertus in monitorialibus, licet articulo reum ad comparandum, ipso tamen comparent, & contradicente, exhibenda erit originalis aliter ad summ Ordinarium remittendus, n. 37.

Qualitas iurisdictionem attribuens, inserta in libello, impugnata postea à reo citato, debet saltem summarie prius apparere, n. 38.

Qualitas tribuens iurisdictionem quando sufficiat ad illius fundamentum, quod inferatur in libello, num. 39.



VLGARIS est questio, incognita tamen, & minus degesta resolutio, de qua pluries à doctissimis Senatoribus, necnon peritissimis Aduocatis huius Supremi Regij Consilij fui consultus, in qua discretiud agendo, prænuntianda erit terminorum conclusio, qua vt solent Iudices & Notarij Apostolici in assertionem, relationem signaturæ manus Sanctissimi, apposita in suis monitorialibus, qua quidem facillimè decipiuntur multi, ver decipi possunt etiam docti.

Dupliciter fit subscriptionis relatio, & assertio in monitorialibus & litteris expeditis per aliquem iudicem Romanæ Curie, cui fuit causa commissa in prima instantia: vno modo inserta gratia principali (vt fieri assolet) & consecutus, seu immediate dicitur interuenisse subscriptionem, seu signaturam propria manu Sanctissimi, ex qua relatione, & assertionem multi peritissimi confunduntur, & nec immeritò sine ratione & fundamento legitimo decipiuntur, ob apparentiam subscriptionis relationis, vt sic sentiant, commissionem super gratia executione fuisse subscriptam, & signatam manu Sanctissimi, satisfactumque inde esse Decreto S. Consilij Trid. in sess. 24. de reformatione, cap. 20. causa omnes.

Sed pro hoc vitando supponendum erit, quod quando impetratur beneficium; & in supplicatione nulla mentio fit, nec postulat commissio, nec executoris gratia fit petito, & Sanctissimus subscribit propria manu supplicationem, quæ aliud non continet, quam gratiam principalem, & ipsa sola censetur subscripta, vt abundè deduximus superius in §. 1. per totum; commissio autem executoris postmodum postulatur per impetrantem (quem ipse eligit) in Cancellaria, in qua pro executione gratiæ expeditur commissio subscripta per Præfatum huius Tribunalis, vt latè animaduertimus in dictis §§. 1. & 2. huius commissionis virtute recurrit pars ad iudicem sibi datum, & ipse accepta commissione expedit monitoriales in quibus semper inferuntur litteræ gratiæ, mentionatæ: quandoque per relationem subscriptionis Sanctissimi, quæ quidem minimè interuenit in commissionis concessione seorsum petita, sed dumtaxat in supplicatione gratiæ principalis, itaque facillimè indideret & confusa illa subscriptionis assertio decipit lectores monitorialium, putantes referendum esse ad commissionem, cum reo veta ad ipsam referri nullo modo debet; sed tantum ad gratiam principalem, quæ sola ante commissionis petitionem & concessionem fuit subscripta à

Sanctissimo, vt latius deduximus in dict. §. 1. quare caute legendæ sunt literæ monitoriales ipse, an specificè sit apposta subscriptionis re- latio gratiæ principali, quæ inserta venit, & tunc cum non sit attendenda subscriptio in parte gratiæ apposta; sed in eius parte executiua, & commissaria; vt si in hac non appareat, & constet, nihil est curandum de tali commissio- ne in Senatu ad effectum auocandæ causæ ab Ordinario, cui de iure pertinet in prima instan- tia, cum in tali commissione deficiat forma subscriptionis inuolubiliter petita per Concil. Tridentin. iuxta quæ Nos latè in hac 2. part. cap. 6. à num. 14. & cap. 26. & infra cap. fin. & alibi passim.

Aut enim in dictis monitorialibus sit huius subscriptionis assertio specificè, & discretiue lecta & relata ad partem commissionis, & tunc non leuis est difficultas; an tali assertioni danda sit fides, vt in Senatu impediatur remissio causæ Ordinario aliàs ad illum perti- nentis.

In qua quidem post exactum examen, & hinc inde plura discurreres, & meditates, partem negatiuam uetioem arbitramur, proculdubio tenendam, vt tali relationi non sit danda fides, siue fuerit facta à iudice Delegato, siue à Notario per eum electo ad illius causæ acta conficienda, siue ab vtroque, & ab isto ad illius mandatum non leuibus mouemur funda- mentis.

Et enim qualitas, qua fundatur commissio & iurisdicção, & ante omnia debet euidenter constare, vt diximus supra in §. 2. à num. 12. cum sequentibus, versicul. Imo qualitas, vbi per totum §. quod ad fundamentum huius probationem debet de subscriptione constare; sed per asser- tionem iudicis de commissione in monitoriali- bus expedita non potest constare, quia iudicis rela- tionis, & assertioni non credendum, nec stan- dum in iis, quæ nec à sua potestate nec libera dispositione dependunt, nec à voluntate partium; aut si sint de iis, quæ requiruntur pro fundamento potestatis suæ, vt docent Decius in l. 1. in princip. num. 69. versicul. Concordando, ff. de officio eius, & ibidem Curtius in additio- nibus ad Alexander. in consil. 65. in prædictis feu- dorum. per doc. Bald. ibi: & in l. forte. ff. de Ca- strens. pecul. quod & voluit Iaf. in dict. l. 1. nu- mer. 60. Decius in cap. qua in Ecclesiarum, co- lumn. 15. versicul. Non obstat, de constitutionibus. Alciatus presumption. num. 27. Purpuratus in dict. l. 1. num. 548. ff. de officio eius. Cardinalis in con- sil. 128. col. 1. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. eom. 2. cas. 187. num. 31. Tiraquel. de retract. con- sanguin. §. 8. glof. 9. à num. 1. & seqq. Campogius de rebus regul. 61. vers. 15. & præ cæteris Ma- fcardus de probationibus. conclus. 951. num. 3. & à num. 7. cum sequentibus.

Hinc iudici, assertenti in sententia libellum, litis contestationem, & testiumque examinatio- nem non credi; firmant Innocent. & alij in cap. quoniam, de probationibus. Decius in l. i. apud quem. C. de edendo. Barba. in cap. cum in iure, de officio Delegati. Abb. cons. 18. in causa, & quest. vol. 2. & pro regula firmat Iacobus Nouellus regula 42. vbi latè explicat Alex. in consil. in fin. vol. 4. Decius cons. 603. num. 14. Aitmon. cons. 49. Mar- til. singul. 453. Ba. tol. in l. qui bona fide. §. huic stipulation. num. 1. de damno infecto. Cuman. con-

sil. 50. num. 1. column. 2. prope fin. Decius cons. 366. Martil. in rubric. de probationibus. num. 26. Hiero- nymus à Monte in tract. de finib. regund. cap. 31. n. 2. Mafcard. dict. concl. 951. n. 16. seqq. Igitur cum subscriptio, quæ à solo Sanctissimo fieri debet, & propria eius manu signanda commisi- sio, vt auocationem in prima instantia operetur, atque iurisdictionem Delegato tribuat, pro- vt habetur expressè in dict. c. 20. Conc. Trid. quod nec à partis voluntate dependet; iudici pro- pterea illam assertenti præcisè credi non potest, maxime cum asserat factum alienum, quo casu nec etiam Principis assertio fiat, argum. Clement. in litteris, de probationibus. latè Mafcard. de probationibus. 139. num. 20. cum seqq.

Deinde probatur, quia Delegato assertenti mandatam sibi suam commissionis non creditur, 11 text. in cap. cum in iure peritus, de officio Dele- gati, l. unica. C. de mandatis Princip. Decius cons. 214. col. 2. vers. Ad tertium. Mafcard. de probationibus. conclus. 951. num. 18. vbi propterea insert. & quod ipse Delegatus ante omnia debet ostendere litteras delegationis. Alois. Ric- cius in collectanea decis. p. 3. collectan. 532. Dida- cus Perez in l. 1. glof. 1. lib. 8. ordinament. Tho- mas Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 17. num. 17. Tiraquel. de nobil. c. 29. Menoch. de arbitrariis, lib. 1. quest. 76. num. 8. & lib. 2. casu 112. num. 8. & de presumption. lib. presump. 15. num. 4. Decianus cons. 18. n. 157. vol. 1. Alexand. Raudenf. resp. 21. n. 135. num. 1. Bertrand. Graue. ad præf. Camera Imperial. lib. 1. concl. 148. consider. 3. n. 9. Menoch. cons. 100. n. 77. cum seqq. Enriquez in summa lib. 10. c. 28. num. 2. Azotius insit. moral. p. 2. lib. 4. c. 9. 19. & lib. 5. cap. 27. quest. 8. qui multipliciter ampliant, vide alia plura viliia, quæ diximus ad finem huius §. 4. & sic suam commissionem tenetur inferere in monitoriali- bus (vt inferius dicetur) vt illi credatur; maxi- mè, quia Delegato Summi Pontificis vel Prin- cipis debet probari per litteras, vt decisum fuit à Rota decis. 5. aliàs 397. incip. si Episcopatus, n. 3. vers. De secundo dubio, de officio Vicarij, in nouis. Bellamer. decis. 10. incip. præsumitur. Mafcard. de probationibus. conclus. 392. num. 5.

Atque ideo Delegatus nequit procedere in causa, & nisi prius ostendat litteras suæ delega- tionis, vt per cap. 1. de fide instr. & Speculator. de probationibus. §. videndum restat, n. 1. & delegato, §. super est, vers. Quid si de delegati iurisdictione, n. 14. & 15. notat Anton. de Butrio in c. venera- bilis, sub n. 10. col. 4. vers. Quartus casus de cen- sibus. Cephal. cons. 236. in princip. & per d. l. 1. C. de mandat. Principum. Mafcardus de probat. dict. concl. 492. n. 6. & 7. & n. 14. & seqq. & latius dicitur inferius propè finem huius §. quarti.

Igitur cum iste Delegatus verè & realiter non ostendat subscriptionem Sanctissimi, & ex qua omnino pender sua iurisdicção Delegata, vel & si ostendat commissionem, inutilem tamen & defectuosam, vitiolam, & carentem forma solemni, idem est ac si non ostendat, quia idem est aliquid non fieri, vel inutiliter, vel non solem- niter, aut non debito modo fieri, l. quoties, ff. qui suis dare cogantur, l. unica. C. de rei uxoria actione, l. 1. §. penult. ff. quorum legator. Petrus Surdus cons. 359. n. 1. Vincentius de Francis de- cis. 114. n. 2. Menochius cons. 353. n. 3. Decianus cons. 21. num. 51. vol. 2. Ioannes Maria Nouatus quest. forens. lib. 1. quest. 12. num. 12. Ioannes

Baptista

Baptista Costa de factis & scient. ignorantia. in- spectione 23. per cotam.

Quare concludendum erit, quod iudicis asser- tionis & relationis super hac signatura, & sub- scriptione Sanctissimi nullatenus standum erit in Senatu, nec illi fides danda, maxime in præ- iudicium iurisdictionis Ordinariæ, & partium, in quam fauorem fuit inducta dispositio Con- cily Trident. dict. cap. 20. subscriptionem pro forma in commissionibus auocatoriis requi- rentis, ac per consequens, vel supplicatio sub- scripta originalis, vt diximus in §. 2. vel eius sumptum solemniter, & legitime deductum, vt latius in §. 3. exhiberi debet in Senatu, vt de subscriptione appareat, atque euetur causæ remissio ad ordinarium faciendam per Senatum, vt ibidem probauimus.

Si autem consideramus relationem, & asser- tionem subscriptionis, & signaturæ propria manu Sanctissimi respectu Notarij, & ab eo ori- ripari modo tali assertioni deneganda erit fides in Senatu ad effectum denegandæ remissionis Ordinarij, nec quia assertioni Notarij non creditur, nec eius relationi fidem esse adhibendam, consultum fuit à Socino Iunioris cons. 148. vol. 2. Paris. cons. 98. num. 9. volum. 1. Mafcard. de proba- tionibus. conclus. 43.

Deinde quia instrumentum relatum à Nota- rio etiam in alio instrumento & non probat, nec fidem facit, nisi de eo originaliter appareat, vt per text. in Auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo, vbi Doctores, præsertim Iaf. Iacobus de san Georg. & Purpurat. num. 37. Bellonus consil. 35. num. 3. sic decidit in decis. 247. num. 3. Lanfranc. de Oriana in praxi de instrumento pro- ducti. cap. 9. num. 34. & sequentibus. latè Berouis in consil. 87. num. 11. volum. 1. Cassaneus in consil. 63. num. 19. cum sequentibus. Petrus Foller. in tractat. censual. in vers. Tenoris continentia sequentis, num. 12. cum pluribus sequentibus. Mafcardus de probationibus. conclus. 924. num. 1. & sequentibus.

Hinc est, quod et si Notarius faciat in instru- mento, & se confecto relationem de manda- to, non probatur mandatam per hanc rela- tionem simplicem, nisi ipsum mandatam produ- catur, etiam si Notarius se referat ad manda- tum, aliudve instrumentum similiter à se con- fectum, vt cum Alexandro, & alijs probat De- cius in dict. Auth. si quis in aliquo documento, num. 32. & 33. Roland. à Valle consil. 15. n. 21. lib. 1. Matth. de Afflicis decis. Neapolit. 48. & 273. Ioannes Gutierrez in consil. 13. num. 10. & à num. 8. quia verba narratiua, & huc enuntiatua non mandatam in aliquo instrumento mandatam non probat aliter non productum, Castrensis in dict. Auth. si quis. Felinus in cap. cum in iure, num. 14. de officio Delegati, vbi loquitur de sententia enantiante, & quem esse procurato- rem, cui subscriptum Doctores omnes in dict.

Auth. si quis, vbi Decius num. 51. Baldus in Rubrica. Cod. de fide instrument. Lanfranc. de Oriana, & ibi addentes in praxi de probatio- nibus, sub num. 34. Cardinalis in cap. fin. de in- strum. Alexand. consil. 71. lecto & discesso, co- lumn. 5. lib. 4. & in consil. 70. in causa ventente, col. pen. lib. 2. Bellamera conclus. 125. si appelleret, penult. Mafcard. de probationibus. conclus. 108. a num. 3. cum sequentibus. & fuit originalis doctina Bald. in dict. Auth. si quis, num. 20. C. de eden-

do, dicentis, & quod si Tabellio dicat in instru- mento; Titius procurator talis, vt constat ex tali instrumento, non per hoc probatur quod sit procurator, nisi instrumentum mandati sit de- super productum.

Et generaliter quod instrumentum relatum per Notarium & in alio instrumento non probat, nec fides ei sit adhibenda, nisi producatur origi- nale instrumentum, de quo per relationem Notarij apparet, etiam si Notarius ipse attestat- tur à se confectum fuisse, probant vitra relatos Doctores Angel. in l. si donatio, vers. Et ideo si Notarius. C. de donationibus. quem sequitur Decius in consil. 503. superioribus dieb. num. 2. in fin. co- lumn. 3. Gratus in consil. 122. num. 18. volum. 2. vbi testatur omnes scribentes ita velle in dict. Auth. si quis in aliquo. Socinus in consil. 79. co- lumn. 1. volum. 2. Alexand. in consil. 71. column. 4. in fin. lib. 3. Barthol. Angel. Alberic. Alexand. & Iaf. in dict. Auth. si quis, & ibi Castrenf. dicit semper fuisse miratum de Speculatore contrarium dicente, Bocius decis. 281. num. 4. Mafcard. de probationibus. dict. conclus. 924. num. 4. & num. 12. cum sequentibus, & etiam referat Notarius, & se vidisse instrumentum, & legisse sine aliquo vitio, cancellatione, vel rasura, quia adhuc relatio non probat, vt post infinitos Do- ctores probat eleganter Mafcardus de proba- tionibus, conclus. 1008. a num. 7. cum seqq.

Ex his igitur concludendum firmiter erit, quod & supplicatio subscripta de manu Sanctis- simi, de qua aliter quam per relationem Nota- rij factam in monitorialibus litteris non const- at; nihil probet, nec fidem faciat in hoc Tribu- nali Regio, quominus causa in prima instan- tia remittatur Ordinario, ad quem de iure per- tinet cognitio ex Concil. Trident.

Hanc tamen resolutionem vno modo limita- bis, & vt non procedat quoties impetrans coram suo Iudice Delegato simul cum commissione principali exhibuerit, & præsentauerit suppli- cationem subscriptam manu Sanctissimi, quam Notarius de mandato iudicis de verbo ad ver- bum inferuerit in monitorialibus litteris, quia tunc rectè probabit, & fidem faciet in hoc Sen- natu tale sumptum, ita deducum à Notario actuario de mandato iudicis iuxta Angelii doctri- nam in dict. Auth. si quis in aliquo documento. C. edendo, atque ibidem Curtius num. 29. Bartol. quoque & Bald. in l. ultimo, in primo. notab. C. de fide instrumentorum. & idem Bartol. in l. Chy- rographis, in princip. ff. de administratione tutor. di- xerat Speculator in tit. de rescriptis present. §. 1. versicul. Sed obicitur, & idem Speculator in titul. de instrument. §. nunc videamus. §. penult. quem ad hoc adducit Iacob. de sancto Gregorio in dict. Authent. si quis, num. 59. eleganter De- cius in cap. quoniam, column. 25. num. 51. versic. Expeditis, de probationibus. Anchartan. con- sil. 40. Alexand. cons. 6. column. 4. Felin. in cap. fin. de fide instr. Bald. in l. si vnus. C. de testa- ment. Bart. in l. 1. ff. si tabula testament. extab. Felin. post alios in cap. cum in iure peritus, n. 8. de officio delegat. vbi multa cumulat. Curtius in dict. Auth. si quis, n. 29. latè Mafcard. de proba- tionibus, concl. 711. à n. 66. cum sequentibus, qui num. 71. post Felin. Bartol. & Alexand. decla- rat; hoc procedere, & tunc fidem facere, quan- do instrumentum præsentatum inferbitur de verbo ad verbum, & totus eius tenor, non autem

O o 3 quando

quando eius sit relatio tantum, quod & probant supra citati Doctores omnes.

Et quod quando mandatum, instrumentum, 26 et sententia & similia inferuntur per Notarium in executorialibus ex Decreto Iudicis à se conscriptis & confectis non per relationem, nec per enuntiationem simplicem; sed de verbo ad verbum transcriptus est totus eorum tenor, si dem faciant, & probationem legitimam, aliis comprobantibus in tract. de Regia protecc. 4. part. cap. 1. à num. 52. cum multis seqq.

Et licet hæc doctrina illam patiatur limitationem, et quod ad hoc ut exemplum istud registratum in actis probet, quando instrumentum originale fuit presentatum coram Iudice, aduersario citato, & nihil opponente, ita ut partis citatio ad hoc requiratur, ut post Ioann. Andr. in additionibus, ad Speculator. in tit. de rescriptis. §. 1. vers. Sed obicitur. sequutus ab Alexand. in dict. Auent. si quis, num. 9. & latè Couarr. practica. cap. 21. sub num. 3. & comprobantur Immola, & Felin. in cap. cum in iure peritur, num. 9. column. 5. de officio Delegati. Mascard. de probationib. dist. conclus. 711. num. 72. & iterum in conclus. 919. per totam, ubi plures alios allegat.

Id procedere, dicendum erit ad effectum, ut 28 tali exemplo semper detur fides, et ac perpetua sit eius probatio, tanquam instrumentum originale. pro ut ipsi Doctores affirmant; secus erit in nostro casu, quando dumtaxat ad hunc effectum citandi, in monitorialibus inseritur tenor supplicationis, ut hoc modo certus de iurisdictione Delegati teneatur citatus comparere, quia sicut commissio principalis inserta in monitorialibus (ut fieri solent) finem faciat, & consistere debeat de iurisdictione Delegati, ad hoc 29 ut citatus teneatur comparere, et ut diximus supra à num. 9. cum sequentibus. vers. Hinc iudici asserenti, &c. cum aliter citatus à Delegato non tenebatur comparere nisi certus de iurisdictione Delegati ex se inserto tenore, & copia commissionis, & delegationis in monitorialibus, seu citatione, quo legitime certioratus intelligitur, pro ut stylus vulgarissimus docet, & probant Maranta de ordine iudicio, part. 4. distinct. 3. n. 61. vers. Trigesimo octavo differunt. Missinger. Centur. 3. obser. 1. Aloisius Riccius collect. 532. vers. Inferitur tertio, 4. part. A sinus in praxi Florent. §. 5. cap. 2. num. 3. Decianus tract. criminum, lib. 4. cap. 25. num. 12. Menoch. conf. 790. num. 6. & in tract. de presump. lib. 2. presump. 15. num. 2. Lancelot. de autent. cap. 4. in presump. num. 160. cum seqq. part. 2. Rauden. consil. 13. volum. 1. Camillus Botrellus consil. 88. num. 5. Petrus Barbosa in l. si quis ex aliena. num. 9. ff. de iudiciis. Molina de iustitia & iure, tom. 6. tract. 5. disputat. 25. num. 1. Aloisius Riccius in practica. Auea. resolut. 414.

Qui quidem num. 2. tenet sufficere, quod in 30 monitorialibus, et seu citatione Delegati inseratur tenor delegationis; non tamen esse necessarium transmittere originale commissionem, sequitur Augustinus Barbosa in collectanea ad cap. cum in iure peritur, num. 4. de officio Delegati, ubi post Riccium loco citato num. 3. dicit hoc intelligi quoad effectum comparandi, et non tamen respondendi in negotio principali; nam reo comparente, & petente originale rescriptum, sibi debet exhiberi, antea verò non di-

31

32 citur contumax, sicuti necetiam dicitur, et quando non veniat citatus ipse per mortuales non inserto tenore commissionis. Anna allegat. 147. Riccius dist. collectanea 432. vers. Inferitur secundo. Rota in Rom. seu Lateran. pensionis 24. Aprilis 1619. coram Vbaldo. Achillis decis. 10. de dolo & contumacia. Rota in Tarvacensis Parochialis, 4. Februarij 1604. coram Litta. apud Marquellan. de commission. tom. 1. fol. 465. num. 3. & sequentibus. Ludouic. Post. post tractatum de manuten. decis. 275. num. 9. ubi quod citatio sine insertione commissionis nec ardeat ad comparandum, nec cauetur moram, nec pene incursum; adeò ut hoc casu excommunicatio à Delegato lata, et qui copiam suæ delegationis petenti non dedit, sit nulla. Nauarum consil. 9. in antiqua citatione, alias §. in uocis. de sententia excommunic. Sayrus in floribus decisumum sub eod. tit. decis. 10. sicuti nec etiam citatio Delegati, et in qua non fuit insertum originale rescriptum suæ iurisdictionis; est potens ad declarandum illum incidisse in censuras, Riccius dist. collectanea 532. in fin. Augustin. Barbof. dist. collectan. num. 5. Anna allegat. 24. idem probat Mascardus de probationib. conclus. 492. num. 7.

Quare cum ad hunc effectum citandi, & 35 comparandi dumtaxat fides sit et danda tenori commissionis, inserto de verbo ad verbum in monitorialibus absque ab eo, quod ad insertionem, & copiam prædictam dicitur pati, ut probant omnes citati Doctores, nam in iis, quæ sunt præambula ad citationem peragendam ad negotium principale; citatio non requiritur. Bald. in l. ea qua. C. quomodo & quando index. Oldrad. in consil. 120. in fin. Marian. Socinus in tract. de citation. in §. casu Hipp. de Masfil. in l. de unquoque, in casu 29. ff. de re iudicata. Baldus in l. sed & si §. liberos, in fin. ff. de in ius uocando, Ioan. Andreas in additionibus ad speculator. in titulo de iure iurando, super rubrica, in fin. Decius in l. uenia, in fin. C. de in ius uocando. Aretinus in consil. 117. Romanus in l. quamuis, ff. de in ius uocando. Cotneus in consil. 46. column. 2. Nicellus in concordia, gloss. fallent. 57. plurimos refert Anton. Gabriel practica. conclus. titulo de citationib. conclus. 1. num. 34. & seqq. ita patitur et eodem modo eadem fides danda erit tenori supplicationis subscriptæ manu Sanctissimi in eisdem litteris monitorialibus insertæ de verbo ad verbum, & illis fides integra adhibenda erit in Senatu, etiam non citata parte ad insertionem hanc, quia cum sit pars commissionis, & ad eundem finem tendat, idem dicendum erit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, iuxta vulgare axioma, l. qua de tota, ff. de rei vindicatione.

Quam veram resolutionem intellige, interim dum ab aduersario non negetur, et tunc si postmodum negatur, cessat fides insertionis huiusmodi, quæ aliter non probat, quam fuerit ipsa commissio originalis exhibita & præsentata, ut superius diximus à num. 31. & seqq. & supra cap. 26. num. 64. 65. num. 80. & à num. 90. itaque post negationem supplicatio ipsa originalis debet exhiberi.

Pro quibus omnibus, & proximè scripta limitatione et rectè etiam viger Doctorem elegans doctrina, quam adducit Sigismundus Scaccia in tractatu, de sentent. & re iudicat. gloss. 4. quest. 6. num. 55. in hæc: nam si Florentinus citatus

tatus Perusij ratione contractus, vel delicti, neget se illic contraxisse, deliquisse; nihilominus Index Perusinus potest contra eum procedere, quia illa qualitas expressa in libello, seu citatione, quod contraxerit, seu deliquerit in territorio Perusino tribuit iurisdictionem iudici Perusino, & habetur pro vera quantum ad fundandam pro tunc iurisdictionem; sed eam tribuit reuocabilitè, quia si postea non probabitur in processu, Index remittet causam ad competentem, condemnabit actorem in expensis. Bartol. in l. 2. num. 9. vers. quero aliquis, ff. si quis in ius uocatus non ierit, & alij, quos citant Marianus Socinus in cap. si Clericus, §. 5. sub n. 12. in 3. opinio. de foro competenti. Afflicti decis. 297. plures, num. 2. & 3. Tiraquel. de tract. liganier. §. 8. gloss. 5. num. 18. vers. Illud autem, & faciunt, quæ dixi cap. sequent. de appellacionib. quest. 7. limitat. 6. memb. 9. num. 7. & c. Ex qua doctrina sequitur, et quod ut appareat reuocabilitè saltem de iurisdictione Iudicis Delegati; sufficiat, quod in monitorialibus sit insertus eius tenor de verbo ad verbum (ut diximus) cum aliter quam per scripturam hæc qualitas non probetur, hoc est, per supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, ut diximus latius in §. 2. & §. 3. & sic ad effectum adstringendi citatum ad comparandum sufficere, quod qualitas attribuens iurisdictionem inseratur in monitorialibus, sicut & ipsa commissio principalis.

Tamen contradictione postmodum facta per 38 citatum competentem et debet de ea qualitate doceri, & probari ante omnia, ut hætenus probatum est, atque iterum ipse Scaccia post alios ubi proximè num. 58. in hæc: Quod reo negante qualitate narratam in libello, Index debeat prius capere informationem summariam, dicitur Iaf. in l. pen. cum quedam, §. quoties, sub num. 2. nota. 2. ff. de iurisdic. om. iud. Felinus in dict. cap. si Clericus, sub num. 2. in prima conclus. in fin. de foro competenti. ubi testatur de communi opinione, dicens, quod si reus conueniatur negat qualiter, negotio licet non excludat iurisdictionem; tamen operatur, quod præmitti debeat cognitio summaria de qualitate veritate, imò hoc idem sequutus est sibi contrarius Bartol. in l. prescriptione, sub num. 7. vers. sicut. Quæro quando, ibi. pone Florentinus. C. si contra ius vel utilit. public. dicens, quod ubi reus conueniatur negauerit se contraxisse, vel deliquisse in illo loco, debet ante litem contestatam summarie examinari, utrum contraxerit vel non in illo territorio, & post litem contestatam, inquit, examinabitur penè; & qui alij tenuerint hoc citantur à Marian. Socin. in dict. cap. si Clericus, sub num. 11. in prima opinio. & à Tiraquel. de retract. liganier. §. 8. gloss. 5. n. 19. vers. Perusinus, &c. Hætenus obseruatio Scaccia, circa qua vide eundem in glossa 7. quest. 3. limitat. 1. num. 20. & optime in eadem glossa 7. quest. 3. limitat. 4. sub num. 163. ibi: Extende hæc restrictionem, ut licet is, qui conuenitur ratione loci contractus, ut in hac restrictione, vel ratione loci, quo committitur delictum, ut dixi supra limitat. 1. num. 43. vel ratione destinata solutionis, ut & dixi hæc eadem limitatione supra num. 104. & num. 109. & 122. neget se contraxisse, deliquisse aut destinasse solutionem, & ideo apponat declinatoriam fori, & actor seu accusator tunc non doceat de prædictis

39 qualitatibus, quæ facerent iudicem esse competentem; tamen quoad fundandam iurisdictionem sufficit sola eius assertio in libello, sed postea stante rei negatione, debet præmitti cognitio summaria de veritate prædictarum qualitatum, &c. videndus etiam ipse Scaccia lib. 1. casus. civil. & crimin. cap. 9. num. 97. & cap. 2. num. 466. & circa hunc articulum valde controuersum, quando, et quibus casibus sufficiat libellus, quo qualitas (qua iurisdictioni iudicis fundatur) sufficiat ad iudicij introductionem, ita ut si postea ab aduersario negetur, debeat de ea constare saltem summarie, videndi sunt plures relati à Castillo de tertio, cap. 12. num. 13. vers. Item, ubi plures, D. Valenciam Velasco 2. consil. 191. per totum, tom. 2. Mascard. de probationibus, conclus. 949. à num. 7. Nos in tractat. de Regia proteccione, 2. part. cap. 10. à num. 68. latius 2. part. cap. 4. à num. 42. cum sequentibus, & latissime per contrarias opiniones, & federe distinctionis reconciliatas, Perita de manu Regia, tom. 2. cap. 27. à princip. & pro distinctione à num. 4. Bobadilla in Politica lib. 3. cap. 8. num. 221. Maldonad. respos. 15. quest. 6. num. 13. & quest. 7. num. 2. Menochius consil. 2. num. 96. Vantus quibus mod. sentent. nul. reuertur, num. 70. Roland. consil. 87. num. 5. lib. 2. Afflicti decis. 293. latè etiam Gratianus decis. 216. per totam, Iacobum Camer. variar. resolut. 2. p. cap. 1. de iurisdictione, à num. 182. cum sequentibus, quos consule pro veritate articuli.

§. V.

Senatus Regis, an potius literalis Tridentini dispositioni (appetenti subscriptionem Sanctissimi in aphimerescriptis primæ instantiæ auocatoriis) inhæreat, an verò sola supplicatione (qua auocatio petitur) sic subscripta iuxta assertas aliquot declarationes Cardinalium contentetur? Et ex quibus earumdem fides vacillet, dubia necnon, & incerta reddatur?

S V M M A R I V M.

Supplicatio subscripta manu Sanctissimi exhibitæ in prima instantiâ supposita fide, & vera existentia Declarationum Cardinalium, n. 1.
Declarationes Cardinalium asserentes sufficere supplicationem subscriptam, ut auocatio verè probeatur, referuntur, num. 2.
Senatus non admittit commissiones non subscriptas manu Sanctissimi quantumvis de supplicatione subscripta in eo doceatur, n. 3. & seqq.
Declarationibus Cardinalium impressis non authenticis Urbani Octauus fidem abstulit, num. 4.
Declarationibus Cardinalium, quæ authentica non apparent, Doctores passim fidem abnegant, num. 5.
S. Congregationis iudicis Decretum referuntur fide exiens Declarationes, de quarum veritate authentico testimonio non constat, num. 6.
Declarationes asserentes quibus dicitur sufficere supplicationem, qua petitur auocatio in prima instantiâ